solemnium praestitisti. nunc summota ea censeo faciundum. Sic et quod in
tantissimum est assiduitate, celebritateque facilius instaurabimus, et uno
longi temporis incommodum longa atque continua commoditas liniet. Vale.

## Leonardus Aretinus

LEONARDUS aretinus zucharo suo s. d. p. Vellem itidem
mihi scriberes, et que istic agantur, quae spent notificare tuo
solita diligentia procurares. Ego arimini sum. Verum ita sum ut
meus sim, et in meo non alieno vivam arbitrio. Nihil enim facio:
nihil scribo, nisi quantum mihi placet. Placet autem tantum, quantum tu
novisti. Adhuc per dei gratiam nulla littera mea, nec ullus quidem
apex conspici potest, de quo quisque in hac mirabili divisione possit quicquam
omnia ad usus me habere: Adeoque nota est omnibus haec integritas mea
ut nihil omnino quod ad huiusmodi divisionem pertineat in comitatum
processus et huiusmodi pestilentias, nec legere, nec scribere, nec
audire, nec ubi legeretur, scriberetur, tractaretur adesse
umquam volui. Quae res multum ad utilitatem et gloriam mihi
obest: Quamquam absit quia vult semel. decrevi ita ferre iniuria,
ut neminem ledam. Si in hac integritate servare me liceat, mora
bor, si non licuerit, confestim adibo. Vale.

## Leonardus Aretinus

LEONARDUS Aretinus pisano s. p. d. Numquam legi convenienti
exordium, nec ad rem de qua agebatur accomodatius. Tota
deinde orationis series, principio congruebat. Vere profecto sententie,
et cohortationes iuste indignationes et ad usus tarditatem
plusquam iustissime. Sed crede mihi non sum tardus, nec degener,
nec desini umquam communi bonorum causae, nec desero quin iam pridem meditari,
et disponere non desisto, ut bonis rationibus me, et negotia mea
simul explicem, nec tamen sic in initium ad usus sententiam animi mei
quicquam gero. Sic enim nota est integritas mea, ut nihil huius
modi mihi demandetur, nec socio meo clarissimo et optimo
viro, in hac parte concessi, aut concessi umquam, aut nunc concedo,
eandemque vel commissionem, quam ille abeundo bene et laudabiliter
evitavit, mihi prius quam sibi factam ego resistens aperta vultu
unit fronte repudiavi, atque reieci. Ille fortasse propter benignitatem
morum, et consuetudinem parendi, non est ausus in presentia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0072
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG